Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/310845

# THESES

# JURIDICAE INAUGURALES.

15°

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**LUDOVICI GERARDI VISSCHER,**

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA**

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

**GUILIELMUS JOANNES LUDOVICUS DE LA FONTAINE SCHLUITER,**
**Amstelaedamensis.**

A. D. XIV MENSIS JUNII ANNI MDCCCLVI, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD POST UITERWEER & Soc.
MDCCCLVI.

Ex officina Typographica GIEBEN & DUMONT.

# THESES.

I.

Usurarum obligatio per longum tempus constitui nequit.

II.

Ususfructus non acquiritur praescriptione.

III.

Institutio, captatoria institutione elicita, valet.

IV.

Heres tutoris de culpa lata defuncti, non etiam de culpa levi tenetur.

V.

L. 63 D. de cond. ind. cum l. 92 § 1 de solut. conciliari nequit.

VI.

Uxor quae sine consensu mariti contraxit, licet maritus postea probet, invita non obligatur.

VII.

Mater quae liberorum suorum tutelam recusat tutorem testamento dare nequit.

VIII.

Non assentior ampl. DIEPHUIS ad art. 786 C. C. statuenti reditus fundalitii nomine actionem dari in personam.

IX.

Usufructus et usus rei immobilis praescriptione constitui possunt.

X.

Quae parentes tamquam pensionem annuam ad onera matrimonii sustinenda liberis dederunt non videntur collationi obnoxia.

XI.

Nova in jus vocatio non requiritur si actor litem denuo instaurare velit, cujus mentio jam in albo judiciali deleta est.

XII.

In art. 216 C. M. non requiritur denuntiatio per apparitorem.

XIII.

In literis cambialibus in art. 111 C. M. indicatis mentio valoris accepti vel debiti non requiritur.

XIV.

Actio contra acceptantem non excluditur in art. 219 C. M.

XV.

Magister navis etiam post viginti dies contra consignatum, qui literas recognitionis suscepit, agere potest.

XVI.

Probanda non videtur sententia Curiae Supremae (d. 2 m. Martii a. 1841) assignationem profectam ab eo qui non est mercator, tamen scripturam mercaturae haberi.

XVII.

Coheres non furti tenetur rei hereditariae.

XVIII.

Definitio infanticidii quae legitur in C. Poen. Gall. non uno nomine est reprehendenda.

XIX.

Conatus subornationis testium puniri deberet.

XX.

Qui rem suam furto ablatam detentori adimit, furtum non committit.

XXI.

Dolendum quod superiori ordinum generalium coetui non licet emendare legis specimina.

XXII.

Nocent leges quae usuris modum ponunt.